

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ
Christianæ In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput III. De Existentia Et Essentia Dei.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057

omnes erroneæ sunt, aliæ magis, aliæ minus.
Talis quoque vulgata, quæ ridiculè ante expur-
gationem suam authentica declarata.



CAPUT III.

De

EXISTENTIA ET ESSENTIA DEI.

Synopsis.

S cripturæ, de qua modo ante, præ- cipuum objectum Deus. §. I.	Tum denique consensu gentium. §. IX.
Cujus existentia pro- batur tum ex rebus corporeis, earum sci- licet existentia §. II.	Tum ultimò Scriptu- ra. §. X.
Concinno ornatu. §. III.	E. Deum esse certissi- mum, sed ejus natu- ra à nobis plenè non comprehenditur §.
Generatione. §. IV.	XI.
Conservatione. §. V.	Attamen ex aliqua parte Deus cognos- citur. §. XII.
Gubernatione. §. VI.	Cognitis scil. Nomini- bus & Attributis Dei. §. XIII.
Tum natura rerum spiritualium. §. VII.	Et Nomina quidem tum
Tum conscientia homi- num §. VIII.	

tum Hebraica יהוה
אלהים, יה, אחד
שדי, עליון, אדני, אל
§. XIV. XV.

Tum Græca Θεός, Κύριος,
essentiam simplicissi-
mam, summam de-
centiam, potenti-
am, ὑπεροχὴν docent.
§. XVI.

Attributa verò, quæ
perfectiões essen-
tiales Deo attribu-
ta sunt. §. XVII.

Quorum quædam in-
communicabilia, a-
lia, certa ratione,
communicabilia. §.
XVIII.

Rursum quædā Deum
in se consideratum,
alia verò actuosum
respiciunt. §. XIX.

Deum in se considera-
tum respiciunt uni-
tas §. XX.

Independentia. §. XXI.

Spiritualitas. §. XXII.

Invisibilitas. §. XXIII,
XXIV.

Infinitas. §. XXV.

Eternitas. §. XXVI.

Quæ includit eter-
num necessario exi-
stendi modum, mor-
talibus non satis
comprehensibilem.
§. XXVII.

Immensitas. §. XXVIII.

Immutabilitas. §. XXIX.

Deum actuosum respi-
ciunt vita §. XXX.

Hæc consistit in intel-
ligendo & volendo.
§. XXXI.

Intellectus. §. XXXII.

Ad hunc refertur &
cognitio §. XXXIII.
XXXIV.

Quæ seipsum, decre-
ta omnia alia extra
se, etiam cogitatio-
nes cordis, actiones
bonas & malas,
præterita, præsen-
tia, futura, necessa-
ria, contingentia
novit. §. XXXV.

Et quidem per se-
ipsum, unico actu,
cla-

clarissime.
§. XXXVI.

Et sapientia

Voluntas, in

que vita

est. §. XXXVII.

Illustratur c

do eam cu

tate hun

XXXIX.

Et in se un

siderari t

test vel u

vel revela

Voluntati ac

fectus &

§. XL.

Affatus, qu

tribuuntur

sunt, qua

ni scilicet act

ratis divini

cas operat

ducunt, &

Etus analo

minibus.

Virtutes D

nostris a

conveniu

clarissime, verissime
§. XXXVI.

Et sapientia. XXXVII.

Voluntas, in qua quoque vita Dei consistit. §. XXXVIII.

Illustratur comparando eam cum voluntate humana. §. XXXIX.

Est in se unica. Considerari tamen potest vel ut arcana vel revelata. §. XL.

Voluntati accidunt affectus & virtutes. §. XLI.

Affectus, qui Deo attribuantur, alii sunt, quam humani scilicet actus voluntatis divinae, qui eas operationes producant, quas affectus analogi in hominibus. §. XLII.

Virtutes DEI cum nostris aliququaliter conveniunt. XLIII.

Sunt autem sanctitas.

§. XLIV.

Iustitia. §. XLV.

Quam exercet, vel ut Dominus universi, vel ut Dominus creaturarum rationalium. §. XLVI.

Aliquando pro absoluta potestate peccatores diversi gradus eodem iudicio temporali involvit. XLVII.

Vocatur ultrix, quae, quamprimum peccatum existit, illud impunitum dimittere nequit. XLVIII.

Bonitas. §. XLIX.


Competit quoque voluntati Libertas, quae vel necessaria, vel indifferens, §. L.

Potestas. §. LI.

Potentia. §. LII.

Quae versatur circa omne quod perfecti
C Etioni

Etioni naturæ suæ | sultant Beatitudo.
convenit. §. LIII. | §. LIV.
Ex his Attributis re- | Gloria. §. LV.



§. I.

Theologiæ & Scripturæ primum & præcipuum objectum DEUS, sive Ens perfectissimum.

II. *Tale existere probant A. res corporeæ in mundo existentes.* 1. Hæ vel ab æterno sunt, vel seipsas in tempore produxerunt aut ab alio productæ sunt. Primum dici nequit: Rebus creatis, fluxis, varia imperfectione laborantibus, æternitas minimè competit. Non secundum; Nam nihil est causa sui ipsius, & res debuissent esse antequam erant. E. ab alio productæ sunt. Qui verò res maximas, innumeras, è nihilo produxit, oportet sit potentissimus, h. e. Deus.

III. 2. *Earum concinnus ornatus*, qui in cælo, terra, omnibus operibus Dei conspiciendus est. Hic certe non fortuitus vel *quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur domum, cur templum non potest, quæ sunt minus operosa & multo quidem faciliora.*

IV. 3. *Generatio.* Bestiæ à bestiis, homines ab hominibus generantur. Illa solo naturæ instinctu ducuntur, nihil intelligunt, nihil constititu-

finunt face
 simile. Ho
 desiderant
 cere queun
 finimus, Pa
 Non a genito
 V. 4. Con
 cultendum
 alporro exi
 rum intelligi
 den in mun
 teradversa,
 vantur.
 VI. 3. C
 certum finem
 fortuntur, S
 res &c. Unde
 capacia. In
 naturales, q
 dimatz. Om
 Tabis non cre
 VII. B.
 non existunt
 ducuntur ve
 ritu potentia
 tuali: Spiritu
 quit. Opor
 voluntate re
 VIII. C
 lam actione

stituunt facere, generatur tamen corpus ipsis simile. Homines quidem intelligunt, prolem desiderant, sed ad fetus formationem nihil facere queunt. Editur tamen homo artificiosissimus, Parentibus simillimus. Unde hoc? Non à genitoribus. E. à Deo.

V. 4. *Conservatio.* Res, quæ sibi ad primo existendum non suffecerunt, non sufficiunt sibi ad porro existendum. Si sufficerent, tum illam vim intelligerent, se conservarent. Dantur dein in mundo res heterogeneæ & sibi exitialiter adversæ, quæ nonnisi divina virtute conservantur.

VI. 5. *Gubernatio.* Omnia in mundo ad certum finem agunt & effectum convenientem sortiuntur, Sol, Luna, Stellæ, animalia, arbores &c. Unde hoc? Ipsa sunt omnis consilii incapacia. In homine quoque sunt operationes naturales, quas ipse non dirigit, quæ tamen ordinatæ. Omnis verò ordo ab ordinante aliquo: Talis non creatura E. Creator.

VII. B. *Res spirituales.* Hæ existunt, vel non existunt. Posterius falsum. Si existunt, producantur vel à corporibus, vel à se ipsis aut spiritu potentiori. At corpora alius naturæ à spirituali: Spiritus spiritum pariter procreare nequit. Oportet sit Spiritus potentissimus, cujus voluntate reliqui creantur.

VIII. C. *Conscientia hominis*, quæ ob malam actionem, tristis est & graviter angitur, nec

tum solum, quando facinus aliis intuentibus patratum sed & nemine presente, imò eorum quoque anxia est, qui supra omnem potestatem humanam sunt, quos nemo punire valet. Anxietas ergo à Deo corde humano majore.

IX. D. *Consensus Gentium.* Omnium hominum, etiam Barbarorum animis inditum est esse Deum: In quo autem omnes consentiunt, id falsum esse nequit.

X. Hac sunt fortiora pro existentia Numinis ex natura argumenta. Eadem confirmat Scriptura *illustratque* indicans, quomodo Deus res corporales, spirituales creaverit, etiamnum producat, conservet, gubernet, *Nova insuper argumenta* ex apparitionibus, prädictionibus, miraculis &c. *profert.*

XI. Indubitatum itaque est esse Deum sive perfectissimam omnium entium causam. *Ejus* tamen *naturam nulla creatura plenè comprehendit.* Nec mirum. 1. Quum homo nequidem seipsum penitus noscat 2. & Dei essentiam nemo videre queat, Exod. XXXIII, 20. 1. Tim. VI, 16. 3. quippe quæ incomprehensibilis Rom. XI, 34. cujus decreta & actiones impervestigabiles v: 33. & Ps. CXXXIX.

XII. *Attamen ex parte* 1. Cor. XIII, 9. cognoscitur à creatura rationali attendente ad lumen rationis Rom. I, 19. 20. Act. XVII, 27. maxime revelationis Ps. XIX, 8. 9. quæ etiam

cogni-

cognitio ad
Apoc. I, 3.

XIII. *Sp*
nos in ejus m
si visionem

attributa no
XXXIV, 5. 6.

XIV. *En*
deklarant v

tam simplic
nemam, *una*
greca.

XV. *Heb*

Exod. I

nam essenti
& promissio

eleganter Heb

quies, *ta*
tatur Johann

men hoc soli

cujus notio

minis propri

sine discrimi

tantum in T

Quo destruc

nonis testan

primum, sum

tiam indicat

tandis usus r

videtur. Num

cognitio ad salutem sufficit Joh. V, 39. XVII, 3.
Apoc. I, 3.

XIII. *Speciatim nomina & attributa Dei nos in ejus notitiam ducunt.* Hinc Deus Mo-
si visionem gloriæ divinæ expetenti nomina &
attributa nota facit Exod. XXXIII, 18. 19.
XXXIV, 5. 6.

XIV. *Et NOMINA (quasi novimina) declarant varias in Deo perfectiones, essen-
tiam simplicissimam, summam decentiam, po-
tentiam, ὑπεροχὴν. Sunt vel Hebraica, vel
Græca.*

XV. *Hebraica sunt:* א יהוה vel quod idem
איהוה Exod. III, 14. 15. exprimens perfectissi-
mam essentiam, & veracitatem in actionibus
& promissionibus Gen. II, 4. Exod. VI, 5. quod
elegantè Hebræi circumscripserunt יהוה יהיה
יהיה *quiescit, erat, & qui futurus*, quos imi-
tatus Johannes in Apocalypsi Apoc. I, 4. No-
men hoc soli Deo proprium Exod. III, 15. ceu
cujus notio creaturæ non competit: Hinc no-
minis proprii naturam habet. Olim quidem
sine discrimine pronunciabatur, postea verò
tantum in Templo à Sacerdote benedicturo.
Quo destructo ἀνεκφώνητον apud Judæos venera-
tionis testandæ gratiâ. יהי itidem Deo pro-
prium, summam virtutum divinarum decen-
tiam indicans, cujus itaque in laudibus decan-
tandis usus יהללה *Laudate JAH*, ג. אלהים qs.
τίσασμα *Numen colendum.* Numerus & con-
structio

structio varia pluralitatem personarum in unica essentia subinnuit. In exiliori sensu communicatur etiam creaturis potentibus. **אל** *roboris* notionem plurimi vocabulo inesse putant qs. ab **אל** *facultate* Pl. XXII, 2. **אדני** *Adonai* significat Deum, qui *fundamentum* aliorum est, à quo alii dependent. Notabilis est illa diversa punctatio Jud. VI, 13. 15. quem prius Gideon *Adoni* appellabat, postea *Adonai* cognoscens Deum esse, cum quo verba facit: **שדי** *Schaddai* Gen. XVII, 1. Exod. VI, 3. vel omni sufficientiam vel potentiam Dei notat. Es. XIII, 6. **עליון** LXX. **עליון** quos Scriptores N. T. subinde imitantur. Indicatur **ἐπεροχὴ** Dei super omnes creaturas.

XVI. *Sequuntur Græca.* **θεός**, unde *Deus*. Probabiliter à **θεῖω**, sive **τίθημι** *pono*, nam ponit & disponit omnia. Nomen, quod ipsam Dei naturam notat v. Gal. IV, 8. 1. Cor. VIII, 6. unde **θεοτόκος** Rom. I, 20. Aliis quoque sed sensu valde diminuto communicatur. **κύριος**, quod Hebræorum **יהוה** frequenter substituunt, à **κύριος** *esse* ortum trahit. Christo sapissimè & cum **ἐμφάσει** datur 1. Cor. VIII, 6. Act. II, 36.

XVII. Alter Deum cognoscendi modus est per **ATTRIBUTA**, *quæ perfectiones Deo in Sacris attributæ sunt*. Essentia divina est unica universalis perfectio, non tamen à nobis unico & adæquato conceptu cognosci potest, sed distinctis, ut aliqualem ejus notitiam

tiam nobis a
pura ad cap
sib variis att
num Deum i
inmensum,
non sint.

XVIII.
serantur:
ratione crea
tione, infini
cabilia; Alii
ratione etian
cibi, sapien
cabilia, licet
fuit incommu
lari.

XIX. *Ver*
Deum in se c
Unitas, Inde
tas, Aternita
Hec Vita, In
tentia: Ex
gloria.

XX. *UN*
essentia Divi
adeo ut Deu
ter illum.
et unus Deu
Sicut Sicut
fuit alius: Ego

tiam nobis acquiramus. Accomodat se Scriptura ad captum nostrum varias perfectiones sub variis attributis exprimens, quando *æternum* Deum nominat aliud nos docet, quam si *immensum*, licet hæc re ipsa in Deo distincta non sint.

XVIII. *Attributa hæc diversimode considerantur: Quædam Deo insunt, ut nulla ratione creaturæ inesse queant, uti independentia, infinitas &c. & dicuntur incommunicabilia; Alia Deo ita insunt, ut in tenuiori notione etiam de creaturis prædicentur, uti vita, sapientia &c. & appellantur communicabilia, licet etiam hæc ipsa in ὁνόμενα accepta sint incommunicabilia Matth. XIX, 17. 1. Tim. I, 17.*

XIX. *Vel quædam simpliciter respiciunt Deum in se consideratum; Alia actuosum. Illa Unitas, Independentia, Spiritualitas, Infinitas, Æternitas, Immenfitas, Immutabilitas. Hæc Vita, Intellectus, Voluntas, Omnipotentia: Ex his resultat omnissufficientia & gloria.*

XX. *UNITAS Dei illa est, per quam essentia Divina omnis multiplicationis expers, adeo ut Deus unus, solus, nec quisquam præter illum. Patet ex Scriptura, in qua אֱלֹהִים unus Deut. VI, 4. 1, Cor. VIII, 6, μόνος ὁ ἀληθινὸς θεὸς solus verus Deus Joh. XVII, 3, exclusis aliis: Ego Jehovah & nemo præterea; וְלֹא*

præter me non Deus Es. XLV, 5. & 6. unde
 אֱלֹהִים אַחֵרִים *Dii alii* prohibentur Exod.
 XX, 3. quales λεγόμενοι plures erant 1. Cor. VIII,
 5. Hoc de Deo attributum ceu maximi mo-
 menti & prima veritas præcipuè notandum
 Deut. VI, 4. ב. ex ratione. Deus, si non unus
 est, non est independens, infinitus, omni-
 tens, quod verò falsum א. Idem sapientiores
 Gentiles, (quamvis reliqui plerumque πολλοὶ θεοὶ
 exstiterint) si seriò sentiebant, judicarunt. *Di-*
scendum ante omnia, ajebat Epictetus, *unum*
esse Deum.

XXI. INDEPENDENTIA Dei, *per*
quam negatur illum à quopiam in esse aut ope-
rari dependere; Affirmatur autem esse à se,
cuncta verò ab ipso dependere. Nam est יהוה,
 ה' אֱלֹהֵינוּ, ה' אֱלֹהֵינוּ, ה' אֱלֹהֵינוּ. *Deus, Deus noster*, cujus
 omnia sunt, nec quempiam, si re aliqua utitur,
 rogat, quod qui dependet, facere tenetur Ps. L,
 7. 10. 12. Is est τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος
 καὶ ὁ ἔσχατος. Apoc. XXII, 13, non ergò depen-
 dere potest sed cuncta alia ab ipso dependent,
 hoc attributo insignitur ad potestatem suam in-
 dicandum, Rom. XI, 36. *ex illo & per illum &*
ad illum sunt omnia. Quod etiam ratio nostra
 facillimè assequitur, quando enim res creatas in-
 tuetur, illas ordine ab independente dependere
 animadvertit. Orphæus, observante Lactantio
 Instit. div. l. 1. C. V. Deum verum & magnum

πρωτό-

αὐτοῦ αὐτῶν αὐ-
 ntum sed
 XXII
 essentia De
 cissima est.
 tenuissimu
 mus concen
 divina adv
 dicitur יְהוָה
 3. etiam
 intelligitur
 cultu in π
 Deus, Deu
 πρῶτος
 nostræ im
 ret & ille
 non esset
 Deus mat
 imperfec
 recipiens,
 quit. U
 agnitus el
 XXIII
 VISIBILI
 coloratur
 qui si vel
 imò quem
 Nemo un
 quens etia
 XXIV

πρωτόγονον appellat quod ante ipsum nihil sit genitum sed ab ipso sint cuncta generata.

XXII. SPIRITUALITAS, *per quam essentia Dei immaterialis, purissima, simplicissima est.* Dicuntur nonnulla Spiritualia, quæ tenuissimum corpusculum habent, sed minimus concretionis vel molis conceptus essentia divina adversatur. Nam Deus passim in sacris dicitur *רוח πνεῦμα Spiritus* Gen. I, 2. & Jes. XXXI, 3. etiam Joh. IV, 24. ubi rectissime *εἰς* subintelligitur, unde ritè sequitur Deum delectari cultu *ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ* imò *אלהי הרוח* *Deus, Deus Spirituum* Num. XVI, 22. *παῖδες τῶν πνευμάτων* Hebr. XII, 9. Quando autem animæ nostræ immateriales, spirituales ab illo, oportet & ille sit spiritus. Alias mens nostra ab illo non esset, utpote quæ à corpore oriri nequit. Deus materialis non est Deus. Materia omnis imperfecta, divisibilis, mutabilis, iners, motum recipiens, &c. ex qua Deus verus constare nequit. Unde etiam Deus à Gentibus *mens* agnitus est.

XXIII. Per consequens Deus etiam est **INVISIBILIS**. Visibile nonnisi quod materiale & coloratum. Hinc in sacris dicitur *ἀόρατος* Col. I, 15. qui si vel transsit nos, non videtur Job. IX, 11. imò *quem nemo videre potest* 1. Tim. VI, 16. Nemo unquam mentem suam vidit, per consequens etiam non Dei.

XXIV. Quando igitur Deo membra attri-

buuntur aut videns dicitur, cave intelligas de essentia divina. Membra nobiliora *αὐθροπότερα* de Deo prædicantur, ut facilius actiones Dei intelligamus, quæ *θειοτερπότερα* accipienda. Sic non Deus visus sed symbolum præsentia divini Deut. IV, 12. 15. 16.

XXV. INFINITAS Dei, per quam omnes cogitabiles perfectiones sine fine, modo nobilissimo, possidet, nec additamenti capax est. De hac infinitate testatur scriptura & ratio. Illa veluti Job. XI, 9-11. *אֵין חֶקֶר* per investigationem Dei invenies? an extremitatem Schaddai invenies? & quum extremi fines sint altitudo cœli, profunditas abyssi, terræ longitudo & maris latitudo, Deus tamen ejusque sapientia his finibus non includitur, uti Tzophar validissime finitatem in Deum & ejus sapientiam cadere negat. Jes. XL, 12. 13. *Quis mensus est pugillo suo æquor & cœlos spithama exæquavit, complexus est in trientali pulverem terræ ac appendit in lance montes collesque in libra? Quis כֶּחָן ponderavit Spiritum Adonai?* E. Deus, qui hæc vastissima corpora sine minimo labore tenet, sustentat, regit infinitus. *Hæc:* Finitum limitatur ab objecto, uti mens nostra, quæ plura ignorat, &c. At divina mens à nullis objectis, ad quæ refertur, limitatur, non à tempore, quippe quæ æterna, non à loco ceu immensa, non à scibili, utpote omniscia, non à possibili ceu omnipotens. Anaxagoras

Deum

Deum esse dicunt
 ipsam movere
 XXVI. A
 neque initium
 habebit, sed a
 per est. Patet
 אֵין חֶקֶר Dei
 אֵין חֶקֶר Dei
 Deus, Rom. 11.
 habitat eternum
 eternitatis c.
 Deus eternum
 Existit antequam
 delimet, ut
 eternum 1. T
 infinite Davi
 foundationem,
 terram incipit.
 æ terra & co
 Dei mutabun
 idem, non ali
 Cum factis li
 est ab æterno
 quando non
 eam suam acc
 gatus, quid
 אֵין חֶקֶר
 XXVII.
 æternum, se
 ratio non ur

Deum esse dicit infinitam mentem, quæ per seipsam moveatur. Lactant. Instit. I, 1. c. V.

XXVI. ATERNITAS Dei, per quam neque initium existentiae habuit, aut finem habebit, sed ab æterno in æternum idem semper est. Patet ex Sacris, in quibus (1.) vocatur **אלהים** Deus æternitatis Gen. XXI, 33. **אלהים** Jef. XL, 28. **αἰώνιος** **θεός** æternus Deus, Rom. XVI. 26. quippe qui **שכן** inhabitat æternitatem Ef. LVII, 15. & *Pater æternitatis* c. IX, 5. (2.) Attributa sunt æterna E. Deus æternus Rom. I: 20. Ps. CIII, 17. (3.) Existit antequam tempus Ps. XC, 2. nec existere desinet, utpote **ἔχων ἀθανασίαν**, *habet immortalitatem* 1. Tim. VI, 16. in sua potestate. Validissimè David Ps. CII, 26-29. Qui ante terræ foundationem, ille non in tempore, quod cum terra incipit. In rerum natura nihil ita constans ac terra & cœli, Luc. XXI, 33. Hæc tamen à Deo mutabuntur, sed ille *stabit* immotus, **יהוה** idem, non alius, nec anni ejus consummabuntur. Cum sacris literis convenit ratio. Si Deus non est ab æterno, tum aliquando non fuit. Si aliquando non fuit, ab alio essentiam & existentiam suam accepit & ita non Deus. Thales rogatus, quid Deus esset, respondit **ὁ μὴ τ' ἀρχὴν ἔχων μήτε τέλος**.

XXVII. Existit ergò Deus ab æterno in æternum, sed non uti homines. Horum duratio non uno modo imperfecta. Fuit tempus, quan-

quando non erant, existere incipiunt, à præt-
rito in præsens, & è præsenti in futurum tran-
seunt, ita tamen ut nulla necessitas, quoniam
hoc momento existunt, existunt etiam sequenti.
Ex adverso omnia se habent in Deo, quamvis
clarum conceptum durationis sine successione
non habeamus, præstat itaque simpliciter jux-
ta verbum æternum dicere Deum esse ab æter-
no in æternum, eundem semper, penes illum
mille annos diei instar & diem mille annorum
instar 2. Petr. III, 8. 9. cf. Ps. XC, 4. unde, quod
post plura secula futurum, computo divino
ut brevi existitutum Hagg. II, 6, Malach. III, 1. 2.
Apoc. I, 1. inde, quod ab æterno, ut hodie
Ps. II, 7.

XXVIII. IMMENSITAS, *per quam
Deus modo imperscrutabili omnipræsens est,
nec adeò loco alicui includitur aut à loco ex-
cluditur.* Nam שמים ושמם cæli & cæ-
lorum cæli ipsum non continent, 1. Reg. VIII,
27. Hi sunt vastissima corpora, cum quibus
terra nullatenus comparari potest; Illa tamen
non Deum continent, quomodo Salomo
Templum dedicaturus crassam idololatrarum
opinionem, Deum arctis templi limitibus in-
cludi, fortiter infringit, quippe cælos & ter-
ram implet Jer. XXIII, 23. ubique est in cælo &
in terra, contra ac stolide falsi prophetæ opi-
nati sunt, se itaque impune Dei nomen jactare
posse, cum tamen omnipræsentem nihil lateat.

Pro-

Prolixè etia
eum in nul
tissimum ne
in quo non
Deum omni
operatur, i
vando Hebr
omnipræsen
omnia plen
XXIX.
quam essen
sibi semper
attributum
tamus Mala
& Jac. I, 17
Sic is m ap
non transi
Sol habet
muos abice
qui eadem
tio in Deo
luntate, ve
manissimu
in melius v
eror.
XXX.
actuofum
mum VI
perpetuo
alia omni

Prolixè etiam David Ps. CXXXIX, 7-11. Qui enim in nullum locum se conferre valet, nec altissimum nec profundissimum nec latissimum, in quo non essentia Dei spiritualis, sequitur Deum omnipræsentem esse. Dein, ubi Deus operatur, ibi est. At operatur ubique conservando Hebr. I, 3. regendo Actor. XVII, 28. E. omnipræsens. Etiam Gentiles noverant *Jovis omnia plena.*

XXIX. IMMUTABILITAS, *per quam essentia divina nulli mutationi obnoxia, sibi semper constans est.* Præterquam, quod attributum ex superioribus sponte fluat, notamus Malach. III, 6. *Ego Jehovah non mutor,* & Jac. I, 17. Deus dicitur Pater luminum, *πατήρ ὁ ἐκ ἐστὶ παραμυγῆν ἢ τροπῆς ἀποκλῆσμα, apud quem non transmutatio aut conversionis est umbra.* Sol habet παραμυγῆς mutationes, & τροπῆς annuos abscessus sed Deus longè perfectior sol, qui eadem perfecta beneficia largitur. Mutatio in Deo vel in essentia vel intellectu, vel voluntate, vel duratione, sed nullum in consummatissimum Numen cadit. Tandem mutatio vel in melius vel in pejus fieret; utrumque autem *ἀτοπον.*

XXX. Sequuntur attributa, quæ Deum actuosum menti nostræ sistunt: Ex his primum VITA, *quâ intelligitur essentia Dei perpetuò in se actiuosa atque etiam extra se aliis omnibus vitam dans, & conservans.* Vita
Dei

Dei excellentissima est atque omnium creaturarum longè superat, nam hæc vivunt in Deo, sed Deus vitam habet *יְהוָה*. **A**b hoc attributo appellatur *אל חי Deus vivens*, Jos. III, 10. *אלהים חיים Deus vitarum*, Deut. V, 26. quod non solum docet ipsum vivere, sed & alias perfectiones, quæ ad vitam perfectissimam respiciunt, pro substrata materia indicat, veluti veram divinitatem, unde in oppositione ad idola, quæ omni vitâ carent Jer. X, 10. *Jehovah Deus veritas ille, Deus vivus*. cf. Act. XIV, 14, 15. quum Dii Gentium os, oculos, aures, nâres, manus, pedes sine motu & usu Ps. CXV, 8. habeant &c. **B**. Non solum vivus sed & ipsa *חַיָּוִת vita* 1. Joh. I, 2. quoniam vitam habet in seipso Joh. V, 26. non in alio, uti ceteræ creaturæ, quæ etiam vivunt sed in Deo Act. XVII, 28. **G**. Hinc illi nobilissimæ actiones vitales adscribuntur in apparitionibus, judiciis, Lev. X, 2. Hebr. X, 31. **H**. Etiam cuncta alia quæ vivunt, vitam ab ipso habent Act. XVII, 25. ceu qui fons vitarum Ps. XXXVI, 10. tum naturalis tum spiritualis Eph. II, 5. **T**. Tandem notamus formulam jurandi ab hoc attributo desumptam *חַיָּוִת vita Jehovah* est, vivit Jehova Jer. IV, 2. qui adeo veri jurantis partes tuebitur sed pejurantem non impunitum dimittet.

XXXI. Mens humana vivere dicitur, quæ facultate intelligendi, volendi pollet eamque
exerit,

exerit. Me
do & volen
XXXII
te divine
nature rer
neitâ novi
rum manif
nam (1. R
eque infir
re Jel. LV,
ugitatione
ura quam
11. parat
(ובחבונת
Zach. XII
in medio
mur יְהוָה
Eph. IV, 2
tibus natur
tum.

XXXIII
pro distin
pietia, it
non quide
gratiâ disti
trum conc
XI, 33. Co
rioni sapi
XXXIV
& omnia

exerit. *Mens infinita quoque vivit intelligendo & volendo.*

XXXII. INTELLECTUS est actus vite divine, quo omnia scibilia adequata & naturæ rerum convenientissimâ apprehensione ita novit, ut cuncta gloriam virtutum suarum manifestent. Intellectus divinus patet, nam (1.) Rom. XI, 34. Deo attribuitur *vñs mens* eaque infinita conf. 1. Cor. II, 16. (2.) cogitare Jes. LV, 8. *cogitationes meæ non sunt sicut cogitationes vestræ.* (3.) Opera ejus tam naturæ quam gratiæ de intellectu testantur Jer. X, 12. *parat orbem כחכמתו in Sapientia sua וכתבונתו & in prudentia extendit cælos.* Zach. XII, 1. *format spiritum hominis in medio ejus, & facit quoque ut renove-*mur *πνεῦμα ἡμῶν* *πνεῦμα τοῦ νοῦς* *Spiritu mentis nostræ* Eph. IV, 23. (4.) Speciatim verbum veritatibus naturæ notis & supernaturalibus refer-
tum.

XXXIII. *Quemadmodum in intellectu nostro distinctè considerari solet notitia & sapientia, ita & in intellectu divino.* In Deo non quidem divisa sunt, sed à nobis claritatis gratiâ distinctè considerantur, ad quem nostrum conceptum condescendit Scriptura Rom. XI, 33. Coloss. II, 3. *pradicans de Deo σοφίαν καὶ γνώσιν sapientiam & notitiam.*

XXXIV. COGNITIO Dei, quâ seipsum & omnia alia extra se actu simplicissimo & per-

perfectissimo novit. Hinc non solum scientia ipsi adscribitur, sed *ἐν ἐμφάσει* אל רעור *Deus scientiarum Jehova* 1. Sam. II, 3. & in Christo sunt thesauri & γνώσεως cognitionis occultati Col. II, 3. nam cognitionem hanc paucissimi assequuntur.

XXXV. Illustratur ex objectis (1.) Novit *seipsum* essentiam suam perfectissimam, nam spiritus Dei novit ea, quæ Dei sunt, 1. Cor. II, 10. 11. Pater Filium, Filius Patrem, Spiritus S. Patrem & Filium, v. Matth. XI, 27. 1. Cor. II, 11. non creatura, nisi ex gratiosa revelatione, v. l. c. & Joh. I, 18. nec tum perfecte (2.) Novit dein *decreta* sua, quæ, ut fierent, decernit: unde tempore constituto illa adimplet. Act. XV, 18. (3.) Novit insuper *omnia* alia *extra se*. Omnia quæ esse incipiunt & perseverant, voluntate Dei initium sumunt tenentque, novit adeoque omnia. Idem probat Scriptura Hebr. IV, 13. *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus.* Omnia autem γυμνά καὶ τετραχλίσματα *nuda & intinè patentia* (sive ad literam in collum resupinata,) *oculis ejus.* Loquendi ratio à Sacerdotibus intima accuratè examinantibus, desumpta cf. 1. Joh. III, 20. 2. Chron. XVI, 9. (4.) Novit non solum *res materiales* sed & *spirituales*, *cogitata cordis*, quæ sibi soli patere homines putant. Ps. CXXXIX, 2. *Intellexisti cogitationem meam è longinquo*, non tantum quando meditor, sed multò antè. Quæ Dei scientia

Psaltri

Psaltri
detur. Unde
xime mali h
Deum homin
10. (5.) Nov
& malas Ge
vix tandem p
indicandum
tia & etiam f
Propheta.
non Deus & v
ultimò necess
tingentia uti
dicitur משפט
sumper Urin
utique ei noti
XXXVI.
hominibus n
6. Solum co
nos, abesse à
gnoscit homo
& alias ex re
mo dein agne
tius pergit.
etiam falsò c
novo actu
clarissime, a
non est causa
XXXVII.
Deus novit

Psalti פליאה *mirabilis* intellectum superans videtur. Unde *ναρσις* *αὐτοῦ* audit. Imò si vel maximè mali homines consilia sua occultant, atque Deum hominesque fallere student. Jer. XVII, 9. 10. (5.) Novit præterea omnes *actiones, bonas & malas* Gen. XVIII, 19. Jer. XVI, 17. (6.) Novit tandem *præterita*, (quæ ad certitudinem indicandum *libro* inscripta dicuntur,) *præsentia* & etiam *futura*. Cujus rei tot testes, quot Prophetæ. Imò Deus, qui futura non novit, non Deus & vice versa Jes. XLI, 23. (7.) Novit ultimò *necessaria* & merè *respectu nostri contingentia* uti fors Prov. XVI, 33. Casus fortis dicitur משפט *judicium à Domino*, uti responsum per Urim & Tummim appellabatur, quod utique ei notissimum.

XXXVI. *Modus scientiæ*, quæ in Deo, ab hominibus non comprehenditur Ps. CXXXIX, 6. Solum constat, imperfectiones, quæ penes nos, abesse à cognoscendi modo divino. Cognoscit homo per ideas à Deo menti suæ inditas & alias ex rebus existentibus formatas. Homo dein agnoscit successivè, à notiori ad ignotius pergit. Plura planè non aut obscure vel etiam falsò cognoscit. At *Deus per seipsum unico actu* (quamvis in decenti ordine) *omnia clarissimè, verissimè*. Scientia, quæ in Deo, non est causa rerum.

XXXVII. Sequitur SAPIENTIA, quæ *Deus novit omnia mediatè vel immediatè ad*

D

cer.

certum finem & demonstrationem gloriae suae dirigere. Fluit hæc ex perfectissima scientia, hinc homines plura stultè agunt, quia imperfectè sciunt. Argumenta pro sapientia Dei sunt: (1.) dicitur *μόν* & *σοφός* *solus sapiens* Rom. XVI, 27. (2.) imò *σοφία* Matth. XI, 19. & *חכמה* *sapientia* Prov. IX, 1. (3.) Opera ejus, uti consilia, dicta, facta, sunt sapientissima. Effectus autem testatur de causa. Maximè opus redemptionis, in quo *πολυποίκιλος* & *Θεὸς σοφία* *multivaria Dei sapientia* elucet Eph. III, 10. (4.) Quæ adeò profunda, ut *sapientissimis mundi* stultitia videatur, quæ tamen sapientissima & gloria Dei referta 1. Cor. I, 23. 25. (5.) Sapientiam Dei summam ex reliquiis sapientia non ignorarunt Gentes Dan. V, 11.

XXXVIII. *Mens quævis non solum habet intellectum sed etiam voluntatem, maximè infinita.* Attributa, quæ jam exposuimus & imposterum exponenda erunt, VOLUNTATEM in Deo ponunt, veluti independentia, vita, potentia &c. Etiam S. literæ, quæ *חפץ* *velle* & quidem cum *delectatione* Pl. CXV, 3. Hos. VI, 6. *θέλειν* *velle* liberrimè, potentissimè Rom. IX, 18. *ἐυδοκεῖν* Matth. XI, 26. Luc. XII, 32. *velle* pravio quasi consilio, unde *βουλὴν θελήματος* Ephes. I, 11. Deo attribuunt. Omnia quoque, quæ sunt, de voluntate Dei testantur, nam sunt per voluntatem ejus.

Apoc.

Apoc. IV, 11. Ipse nobis τὸ θελεῖν dat Phil. II, 13. E. etiam habet Pl. XCIV, 9.

XXXIX. *Voluntatem Dei plenius discimus, si cum humana conferimus, imperfectiones omnes removendo.* In homine est potentia volendi: Hæc in Deo est ipsa essentia voluntatis facultate instructa. Potentiam dein volendi actu exerit homo erga hoc vel illud; Determinat etiam Deus voluntatem, veluti quando vult ut mundus condatur &c. Tandem est res, quam voluit homo, uti honos, opes &c. Res quoque quam Deus voluit, uti mundus productus. Ultimo voluntas hominis arcta, alia & alia, quandoque inefficax. At Dei amplissima, constantissima, efficacissima.

XL. *Voluntas Dei in se unica, à nobis tamen, præeunte scriptura, variè considerari solet.* Est scil. vel *arcana*, vel *revelata*. Illa in solo Deo Deut. XXIX, 29. volens ut suo tempore certum quid eveniat, quomodo, quæ olim arcana, postea innotescit Rom. XVI, 25. 26. Dicitur etiam *Decernens*, estque efficax. Hæc vel revelat Deum aliquid facturum atque tum complemento suo non destituitur, vel præcipit nobis officium, 1. Theff. IV, 2. quæ non semper adimpletur. Matth. XXIII, 37.

XLI. In voluntate humana notantur *Affectus & Virtutes*. Divinæ etiam attribuuntur.

XLII. **AFFECTUS** in homine sunt veræ

animi commotiones, quæ imperfectionem quandam sapiunt & nonnunquam perturbationem annexam habent. Tales affectus in Deum non cadunt. (1.) Deus enim perfectissimus, simplicissimus, immutabilis, omniscius, potentissimus, summe beatus. (2.) Scriptura expressè negat Deum pœnitudine affici Num. XXIII, 19. Quæ vero ratio pœnitudinis, eadem aliorum affectuum. Affectus igitur qui *Αὐθγοποραθῶς* de Deo prædicantur, *Θεογενῶς* intelligendi, scil. sunt actus voluntatis Dei, qui eas produciunt operationes quas affectus analogi in hominibus. Exemplum esto Pœnitudo; Homo, qui eâ afficitur, quod fecit, mutat; sic Deus pœnitens, juxta constantem voluntatem suam, opus immutat Gen. VI, 6. 1. Sam. XV, 11. Et sic se habet cum reliquis affectibus.

XLIII. Virtutes voluntatis humanæ sunt, quando homo sancta, recta, iusta &c. vult, quia verò cum his aliqua conformitas in actibus voluntatis divinæ, illis etiam VIRTUTES assignantur. Non tamen eadem ratio virtutum voluntatis humanæ & divinæ.

XLIV. Sunt (1.) SANCTITAS, quæ *Deus nihil nisi conveniens cum natura sua, sanctum, rectum, purum cogitat, vult, loquitur, facit atque ab omni peccato abhorret. Dicitur aliàs rectitudo.* nam in facris non solum sanctus sed *κατ' ἑξοχὴν Sanctus Israelis* Jes. XLI, 20. *Μόνος ὁ Θεός, solus sanctus,* Apoc. XV, 4.

Lux,

Lux, in qua
tur. Sancta
Theff. V, 2
Chinas olim c
talem. Ip
1. Petr. I, 1
versalis.

XLV. (2.)

que suam tr
conqueri q
stia Parti
extra se circ

XLVI. C

velut Domini
cum quibus
vel ut Dom
quibus leges
violanti pœ
cundum op
quam punit.

XLVII. 2

statem exer
eodem judi
XXI, 3. Ex
ubi iustus co
omni peccat
veluti diluvi
iudicium ali
tate delictor
stissimus Ju

Lux, in qua nullæ tenebræ Joh. I, 5. prædicatur. Sancta sunt consilia, Eph. I, 4. facta, 1. Theff. V, 23. dicta Dei. 2. Tim. III, 15. Sanctitas olim ceremonialis præadumbrabat essentialem. Ipse omnis veræ sanctitatis exemplar. 1. Petr. I, 15. 16. Dicitur etiam *Justitia universalis*.

XLV. (2.) *JUSTITIA est jus Dei, unicuique suum tribuens, neminem injustè & de quo conqueri queat, tractans; solet aliàs dici Justitia Particularis, & respicit Jus Dei, quod extra se circa creaturas exercet.*

XLVI. *Circa hanc Deus potest considerari vel ut Dominus universi, omnium creaturarum, cum quibus convenienter naturæ earum agit, vel ut Dominus creaturarum rationalium, quibus leges suas dedit. Observanti præmia, violanti pœnam statuit. Unamquamque secundum opera judicat, nec innocentem unquam punit.*

XLVII. *In eo tamen absolutam suam potestatem exerit, quod peccatores diversi gradus eodem judicio temporali involvat, Ezech. XXI, 3. Exscindam ex te justum & improbum, ubi justus comparatè talis dicitur non qui sine omni peccato. Atque hoc in judiciis publicis, veluti diluvio &c. communiter evenit. Tale judicium aliud subsequitur, in quo pro diversitate delictorum diversas pœnas in peccantes, iustissimus Judex animadvertit.*

XLVIII. *Quamprimum peccatum existit, illud Deus vi Sanctitatis & Justitiæ, quæ ipsi essentialis, inultum dimittere nequit.* (1.) Loca Scripturæ sunt Ps. V, 5-8. Rom. I, 32. II. Theff. I, 6. (2.) Justitia Deo naturalis, neq; enim ad indifferentem ejus voluntatem referri potest. (3.) Uti lex de colendo Deo naturalis, ita pœna. (4.) Si denique peccata absque satisfactione remittere posset, salvator homini absolute non necessarius. Vindicatur ergo omne peccatum vel in peccatore, vel in sponse gratia Dei substituto.

XLIX. (3.) BONITAS, *quâ Deus in se bonus etiam creaturis bona sua communicat.* *ὁ θεὸς ἀγαθὸς nemo bonus nisi solus Deus* Matth. XIX, 17. Est illa vel *generalis* erga omnes creaturas, quibus bonam h. e. perfectam naturam dedit. Genes. I, 31. conservatque Ps. XXXVI, 7. vel *specialis* erga creaturas intelligentes, quibus majora bona quàm aliis creaturis impertitus est, corpus non solum sed & animam, quibus quoque liberalissime prospicit. Matth. V, 45. Act. XIV, 16. 17. vel *specialissima* erga fideles bona spiritualia, æterna, in Christo dando. Ps. XXXVI, 8-11. Tit. III, 4. 5. 6. Species Bonitatis sunt *amor, gratia, misericordia.* Amor est qs. bonitas sui communicativa. Gratia bonitas, quæ indigno sine merito exhibetur. Misericordia v. bonitas quæ misero confertur. Unaquæque species pro

pro diversis
factus acci
L. (4.) I
rime agit. H
PACXV, 3.
quid vult.
Fuit quoque
tentia Dei.
potest non f
gloriam sua
liberrime v
fazon velle
bertas indi
nus indiffer
berime vul
LI. PO
habet, dici
VI, 13. Fu
ne depende
lo. Ille vi
ebque ejus
Ratione hu
terre Mat
guntterrett
LII. P
omne id ag
tis Jel. IX,
paratus pat
possibile. L

pro diversitate subjecti, modo latius, modo strictius accipitur, uti bonitas.

L. (4.) LIBERTAS, *quâ Deus omnia liber-
rimè agit.* Hinc voluntas ejus וְהוּא יוֹדֵבְרִיָּא dicitur,
Ps. CXV, 3. *Deus noster in cœlis est, facit quic-
quid vult.* conf. Dan. IV, 32. Es. XLVI, 10.
Fluit quoque ex independentia, & Omnipoten-
tia Dei. Liberrimus licet Deus, non tamen
potest non se ipsum amare aut velle ea, quæ ad
gloriam suam faciunt, sed non coactè, verum
liberrimè vult. Alia, quæ extra se vult, potuis-
set non velle, aut aliter velle, & hoc intuitu li-
bertas indifferens Deo convenit, non quate-
nus indifferentia ex ignorantia oritur. Quæ li-
berrimè vult, simul sapientissimè.

LI. POTESTAS, *quâ Deus jus agendi
habet*, diciturq; ἐξουσία Jud. 5. 25. βασιλεία Matth.
VI, 13. Fundamentum est, quod Deus à nemi-
ne dependeat, dependeant autem omnia ab il-
lo. Ille τὸ esse & porro esse creaturis dedit, ad-
eoque ejus sunt, & cum iis agendi jus habet.
Ratione hujus attributi toties *Dominus cœli &
terræ* Matth. XI, 25. 1. Tim. VI, 15. nam Re-
gum terrestrium potestas non absoluta.

LII. POTENTIA, *quâ vires habet
omne id agendi, quod vult.* Nam Deus גִּבּוֹר for-
tis Jes. IX, 5. & forti fortior Matth. XII, 29. imò
παντοκράτωρ Omnipotens Apoc. I, 8. Nihil ei im-
possibile. Luc. I, 37. Ps. CXV, 3. Probant in super
opera,

opera, creatio, conservatio, gubernatio, miracula &c. Si quidquam potentia ejus resistere valeret, non esset Deus.

LIII. *Potest omne quod vult. Nihil vero vult, nisi quod perfectioni nature sue convenit*, non quod illam tollit aut minuit. Hoc enim impotentia non potentia, esset. Non vult, quod repugnantiam in terminis, aut re ipsa habet. *Idem simul esse & non esse, corpus finitum esse etiam in infinitis locis.* Sed non vult omne, quod potest, sive posset facere, ut potentia latior sit voluntate, qualem actu consideramus.

LIV. Ex his attributis resultat beatitudo & gloria. **BEATITUDO**, quâ Deus sibi ipsi ad omnem felicitatem sufficit. Essentia enim ejus omni numero consummata. Omne bonum ipse possidet & possidet à seipso & possidet in æternum. Unde *mandat* 1. Tim. I, 11. quasi nulli mutationi expositus nec quidquam ab homine, quo felicitas ejus augetur, accipit Job. XXII, 2, 3. Rom. XI, 33. 34.

LV. **GLORIA** est excellentia perfectionum divinarum supra omnem creaturam. Ab hac dicitur *Deus, Dominus, Rex gloriæ* Pf. XXIV, 7. XXIX, 1. 1. Cor. II, 8. כבוד *Pondus* gravissimum perfectionum, quod in Deo ex operibus ejus cognoscitur, creatione cæli Pf. XIX, 1. tonitru Pf. XXIX, 1. miraculis Joh. XI, 4. redem-

Ca
redemption
ta, miseric
ritas in sua
Cognoscitu
divinorum
XXXIV, 6. 7

redemption
ta, miseric
ritas in sua
Cognoscitu
divinorum
XXXIV, 6. 7

MYS
M

N
On
quid fit
in super
dum, qu
Hunc ign
tiles, §.
Judei hoc
hammer
Pseudo
§. III.
Cognoscen